Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et ipse dixit illi. Homo quidam fecit cenam magnam & uocauit
multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis
ut uenirent. Quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes
excusare. Primus dixit ei. Villam emi. & necesse habeo ex
ire. & uide illam. Rogo te. habe me excusatum. Et alter
dixit. Iuga boum emi quinque. & eo probare illa. Rogo te. ha
be me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi. & ideo non pos
sum uenire. Et reuersus seruus. nuntiauit hec domino suo.
Tunc iratus pater familias dixit seruo suo. Exi cito in plateas
& uicos ciuitatis & pauperes ac debiles introduc huc. Et
ait seruus. Domine factum est ut imperasti. & adhuc loc est. Et
ait dns seruo. Exi in uias & sepes. & compelle intrare ut
impleatur dom mea. Dico autem uobis quod nemo uirorum illorum q
uocatus est gustabit cenam meam. Ibant autem turbe multe cum eo.
& conuersus dixit ad illos. Si quis uenit ad me & non odit patrem
suum & matrem. & uxorem & filios & fratres & sorores adhuc
autem & animam suam non potest esse meus discipulus. Et qui non baiolat
crucem suam & uenit post me non potest meus esse discipulus. Qui enim ex
uobis uolens turrim edificare. nonne prius sedens computat
sumptus qui necessarii sunt. si habeat ad perficiendum ne pos
quam posuerit fundamentum. & non potuerit perficere omnes qui
dem incipiant ei illudere dicentes. Quia hic homo cepit edi
ficare & non potuit consumare. Aut quis rex iturus commi
tere bellum aduersus alium regem nonne sedens prius cogitat si
possit cum decem milibus occurrere ei. qui cum uiginti milibus
uenit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente legatio
nem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non re
nuntiat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Bonum
est sal. Si autem sal euanuerit. in quo condietur. neque
in terram neque in sterquilinium utile est. sed foras mittetur. Qui
habet aures audiendi audiat. Et erant autem appropin
quantes ei publicani & peccatores ut audirent illum. Et
murmurabant pharisei & scribe dicentes. Quia hic peccatores
recipit. & manducat cum illis. Et ait ad illos para

Lectio
B. d. i. d. s.
pasch. h

& cecos
& claudos

Lectio
D. d. i. d. s.

Lectio

XV.